

4

Aix, le 17 septembre 1454

Location d'une forge avec son outillage

AD13 306 E 166

Pro Alaeta Bosqueta

Anno quo supra [1454] die XVII mensis septembris notum sit cunctis presenti et futuris quod honesta mulier Alaeta relicta magistri Guilhelmi Bosqueti, fabri, dicti civitatis Aquensis bona fide gratis et sponte locavit suam apothecam cum aysinis infra magistro Johanino de la Terra fabro per unum mensem continuum et completum a die XV huius mensis januarii computandum loquerio et nomine loquerii pro mense unius florenis monete provincialis.

Sequntur aysine : primo, unum engluge, las bougas, la kornuda sive engluge cum cella, set martels, hun scayre, hun sizer, ponderis librarum XLVII ; Item, tenalhas set, dos curafuocs, una forqueta, librarum XLII.

Item, dos mandris, dos ponchons, una raspa, una lima, dos petis tenalhons, unum tabulam ferri s, unum arbor fuste super bancos, unam bassaquam plenam palee, unum matha[la]cium de lana, unum traversiar, duo linreamina, duas flaciatas, unam parvam tabulam cum taulonibus ; item, unum bancum ; item unam cavoscelam, unam parvam tabulam de qua fit porta, unam toalham, loquerio pro mense grossorum quatuor.

Promitens ips magister Johannes solve etc. Obligavit se et omnia eius bona [...]

Aquis, ante domum dicte Alaete, testibus presentibus magistro Johanne Aliardi, fabro, Petro Contini de Aquis et me Jacobo Spitalis notario de Aquis auctoritate regie notario.

Carpentras, le 28 septembre 1465
 Contrat notarié de location de forge avec outillage
 AD84, 3 E 26/329, fol 192

[...]

Sanxia relicta condam Petri Gauterii, fabri, et Philippa, relicta Johannis Gauterii, condam etiam fabri, gratis per se et suas etc. arrendaverunt et titulo arrendamenti tradiderunt etc. Johanni de Lestrada, fabro habitatori Carpentoractis, presenti, etc. quandam apothecam faberie dictarum mulierarum et unam cameram super egredario domus dicte apothece unacum artilharia, aysinis et ferramentis sequentibus et hic inventarisatis, videlicet hinc ad duos annos continuos et completos a die festis beati Michaelis proxime futuris in antea computandis, pro pretio arrendamenti et pro arrendamento viginti florenorum dictorum duorum annorum, scilicet decem floren[orum] pro quolibet solvend[orum] per dictum de Lestrada duos florenos pro intrata, tres hinc ad sex menses et pro extra primi anni et intrata secundi decem florenos, et quinque restantes in fine predicti arrendamenti. [De Lestrada] Promisit facere habere per dictum tempus et ipse solvere arrendamentum per solutiones supradictas necnon artilhariam sive aysinas apothece et fabrarie per simile inventarium reddere et restituere etc. Et ibidem pro maiori securitate dictarum mulierorum, magister Johannes Parrelli, roderius Carpentoractis, ad preces et requisitionem dicti de Lestrada se reddidit et constituit fiejussorem [...]

Sequuntur artilharia, ferramenta et aysine

Primo, IIIor brochetas et IIIor paria tenalharum pro ferrando [en marge : deest I brocheta et duas tenalhas]

Item, duos grossos maleolos sive malh

Item, duos clotedors et unum destriers

Item, unum escayre et unum gravador

Item, duas stampes et unam stampam pro bendis quadrige

Item, unam claveriam clavorum quadrige

Item, duas claverias clavorum equorum

Item, unam goiam et unum poyssonum

Item, unam raspam et unum cizellum

Item, unam scobetam et unum badalhium ferri [en marge : deest badalh]

Item, morrolham fuste et unam brocam ad trocandum ferros

Item, [unam] forquetam ferri et quasdam blossetas [en marge : desunt blosset]

Item, unum cotellum et unum redebledor [en marge : deest redebledor]

Item IIIor mandres tam magnos quam parvos

Item, duas suffres unam magnam et aliam parvam

Item, tres limas et duas forsses

Item quasdam tenalhas pro bendis quadrige

Item XI tenalhias tam magnas quam parvas [en marge : desunt]

Item, unam cornudam ferri

Item, tres incudes ferri

Item, unum curafuoc et quasdam boygas

Item, tres botavant

[...]

Acte cancellé le 31 mai 1488

6

Aix, le 28 octobre 1456

Acte notarié par lequel le marchand Boniface Salvanhi confie à George Calaconi et François Palanqui, meuniers habitants d'Aix, une série d'outils, suite à la location qu'il a faite à ceux-ci de ses deux moulins.

AD13 309 E 226, fol 372

[les meuniers confessent avoir reçu] in comendam et titulo vere comende, videlicet bona mobilia infra particulariter designata sistencia in molendino subtremo ipsius Bonifacii apreciata per eos ut sequitur :

Et primo, una lobeta de metalh que pesa des lieuvras a tres florins et quatre grosses ;

Una panal nova apreciada a I florin ;

I corda que si ten en lot or del molin apreciada III grosses ;

I cofin de palma tot nov apreciat I gros ;

I martel testut apreciat a III grosses que pesa lievras quatre ;

I cornuda vielha apreciada a grosses dos

[...]

Aix, le 28 février 1509

Contrat d'apprentissage de Jean Philippe, de Cucuron, chez maître Jean Grangier, tailleur de pierre d'Aix-en-Provence.

AD13Aix : 309 E 649, fol. 99v – 101 (minute)

Conductio personalis pro discreto viro magistro Johanne Grangerii alias Blanc, lapicida cive et habitatore Aquense.

Anno nativitatis domini millesimo quingentesimo nono indictione duodecima et die mercuri vicesima octava et ultima mensis februarii. Regnante etc. domino Ludovico dei gratia Francorum rege etc. Notum sit etc. quod probus vir Elziarius Philipi laborator castris de Cucurono Aquensis diocesis bona fide etc. per se et suos heredes etc. locavit et pacto conduxit discretum juvenem Johannem Philipi eius filium etatis decem octo annorum vel circa ibidem presentem et audientem ipseque Johannes Philipi cum auctoritate licencia et consensu dicti Elziarii eius patris sibi per eum gratis prestitis et concessis pro omnibus et singulis infrascriptis similiter locavit et pacto conduxit se et omnia opera sua licita et honesta discreto magistro Johanne Grangerii alias Blanc lapicide civi et habitatori huius civitatis Aquensis presenti conducenti etc. scilicet ad standum adiscendum et operandum cum ipso magistro Johanne Grangerii artem massonarie et lapides scindendum ac omnia alia eidem arti necessaria et incumbentia faciendum sibique fideliter et legaliter serviendum in arte et omnibus aliis suis negotiis licitis et honestis per ipsum magistrum Johannem Grangerii et eius familiam eidem Johanne injungendis ad tempus videlicet et pro tempore quattuor annorum continuorum et complendorum et a festo nativitatis domini novissime preterito inantea computandorum salario sive mercede vitus dicti Johannis Philipi bene et decenter dicto durante tempore juxta statum sue persone et viginti quattuor florenorum de rege cursum in Provincia habentum solvendorum anno quolibet pro indumentis emendis quando ipse Johannes indigerit florenos sex sub pactis etc.

Et primo quod si peste quod absit fugere opus esset quod dictus Johannes relicto dicto magistro Johanne si alio in fugam constituere vellet hoc facere possit nisi dictus magister Johannes extra dictam civitatem aliquid ad operandum inveniret quo casu tunc illum secum ducere teneatur alias vero [mot non lu].

Item quod si dicto durante tempore dictus Johannes Philipi infirmaretur quod etiam absit eo contingente casu dictus magister Johannes Grangerii eidem Johanne famulo suo providere teneatur de omnibus ei necessariis in infirmitatibus suis exceptis volatiliis medicis et medicinis de quibus dicti Elziarius et Johannes Philipi pater et filius proprio custu providere teneantur et quod dicto finito tempore dictus Johannes eidem magistro suo reficere teneatur tempus predictarum pestis et infirmitatum occasione perdiendum.

Item quod finito primo anno ditorum quattuor annorum dictus Johannes Philipi pro manobra amplius servire teneatur nisi esset pro parte alicuius dicte diete si et ubi operarentur in lapide dicto de talha ubi vero opus esset manobra per totam diem tunc dictus magister Johannes de tali manobra proprio custu providere teneatur.

Item quod si incompleto tempore predicto dictus Johannes Philipi importune illicenciatus a dicto magistro suo et eius stagia discederet eo contingente casu dicti pater et filius eidem magistro Johanne providere teneantur de sufficiente socio sociorum more in arte perito et dicto magistro Johanne grato pro imperfecti temporis complemento faciendo ipsorum patris et filii sumptibus et expensis.

Item quod si dicto durante tempore per octo dies in quolibet festo nativitatis domini dictus Johannes Philipi solacii causa recedere vellet hoc facere possit sine custu et contradictione

quibuscumque quodque dictus magister Johannes Grangerii eidem Johanni famulo suo festivis diebus traxare teneatur secreta artis instar boni magistri omni contradictione cessante.

Et nichilominus si forte dicto durante tempore tertio aut quarto annis dictorum quattuor annorum dictus magister Johannes Grangerii aliquam capellam aut aliud sumptuosum opus haberet et in eodem ultra personam propriam operantes socios teneret dictum Johannem sociorum numero in eodem opere associare et continuo operari facere teneatur et debeat omni contradictione cessante.

Item quod finito dicto tempore dictus magister Johannes Grangerii dicto Johanni Philippi famulo suo dare teneatur unam tiblām et unum maleum scindentem aut testutum ad ispius Johannis electionem bonos et sufficientes et de illis quibus ipse magister tunc operabitur.

Promittentes etc.

Et viceversa etc.

Sub emenda etc.

De quibus etc.

Obligantes [...]

Actum Aquis in apotheca scriptorii domus habitationis honorabilis viri magistri Bertrandi Borrilli notarii. Testes providi viri magister Johannes Davidi, barbitonsor dicti castri de Cucurono, Franciscus Trocheti de Aquis et Stephanus Gauterii alias de Florensa civis et habitator Aquensis, laboratores.

Et ego Anthonius Laugerii, publicus notarius etc.

8

Malaucène, le 6 octobre 1503
Vente de l'outillage d'une forge
AD84, 3 E 43/127, fol 339v

Empcio utilliorum pro magistro Francisco de Sybleracio peyrolerio
Anno predicto [1503] et die sexta mensis octobris constituti persolaniter magister Glaudus Moyne, lapiscida, et Ayma Gorreta conjugues ipsa de licencia dicti sui viri etc. vendiderunt magistro Francisco de Sibleyracio peyrolerio licet absentem dicto Symone [sic] de Sibleyracio michi qui notario etc. videlicet utillia que sequuntur : et primo, unum incudem ferri ponderis unius quintalis vel circa bonum ; item, duas boysias ut aseritur bonas ; item, unum stoc sive destrech ferri munitum fuste bonum ; item, unum martellum vocatum destrier ; item, unas magnas cizellas bonas ut asseruit ; item, unam tueriam competentem ; item, tres parvas mordasses ; item, unum alium martellum sive destrier bonum, precio quatuordecim florenorum cum dymidio monete currentis [...]